



Handwritten text in a cursive script, possibly a signature or a name, located in the center of the page.



Lapidariū omni voluptate  
refertū: & medicine pluri-  
ma notatu dignissima  
experimēta cō-  
plectens.

*Di Gennaro Giannelli*  
OPVS DE LAPIDIBVS PRE-  
clarū: miraq; uoluptate refertū: in quo  
de singulis lapidibus nedum p̄ciosis:  
uerū eciam de reliquis quibus uirtutis  
aliquid inesse cōstat: & de p̄ciosorum  
lapidum sophisticatione: & naturalium  
ac artificialium discretione: notatu di-  
gnissima reperies: per quendam artium ac  
medicine doctorē editū atq; collectū.





Resens opus bipertitū esse uolui: & primū quidem aliqua cōmunia ad lapidū cognitiōē necessaria ptractabit. Alterq; de singulis lapidibus & ipso generatōe: loco: colore ac uirtutibus: iuxta antiquoꝝ philosophoꝝ sententiā: diligētī declarabit Ex me etenim parū inuenies: auctoritate siquidē aliorū magis quā pprio ingenio cōsilius: p̄sens opus aggredior: & hoc ad laudem oīm cōditoris q̄ sua potētia ex nihilo cūcta creauit: sua (cuius nō est numerus) sapientia: uniuersa suis formis ac uirtutibus discereuit: cuius etiā infinita bonitas cōdita queq; innūerabilibꝫ uirtutibus adornauit: cui soli honor & gloria in eternum. Amen.

CAPITVLVM PRIMVM. quorundā stolidoꝝ opinionē reprobās: ac lapidibꝫ uirtutes inesse demōstrās.

A nōnullis imperitiōris ingenii dubitari solet: si lapidibꝫ aliqua uirtus inesse possit. Afferētibꝫ nō uirtutū ueꝫ ornatus causa dūtaxat estimari: & eo fine ipsos esse cōditos: quorū bestialē stoliditatem ac nihilominꝫ in deū blasfemiā in huius lapidarii inicitio confutare de creuit. Audiant isti aristotilē philosophoꝝ principē. Vniuscuiusq; rei integritatē in tribus cōsistere substantia uidelicet uirtute & operatiōe. Cū igit lapides in sua natura sint pfecti: eis hec tria minime deerūt. Audiāt etiā stolidi isti diuinū Bonauenturā in libello de gradibꝫ contēplationis in deū dicentē. Vide inquit quōd hoc mō a deo oīa sint cōdita ut omnia substantialitate sint plena & oīs substantia uirtutibus: & uirtus omnis operatiōibꝫ sit referta: ex quibus clare diuina potentia sapientia atq; bonitas elucescit Eapropter lapidū uirtutes abnuētes ī deū quoq; blasfemos merito dixerim: ī hoc diuine glorie derogantes Sed iterū dicūt Vilioribꝫ uirtutis aliquid inesse utputa magneti: lapidī calcis. &c. reliquos uero ornatꝫ causa portari: quibꝫ diuinus ille Plato respōdeat qui fm merita materie: formas fortitū meminit: oībus autē manifeste liquet. Carbunculi. Adamātis. Sma raldi. Saphiri & alioꝝ splendore fulgentiū materiā grossiorū ac tenebrosā materia: longe nobiliore esse: nobilioribꝫ igit formis sūt induti. Cū igit omnis uirtus nō a materia: uerū a forma ducat ori-



gine: nobiliori forme nobilior uirtus debetur ac multiplicior. Virtus enim quo nobilior: eo in effectu multiplicior. Sed istis obmissis: audiamus quid ueritas ipsa dicat. Regnum celorum simile est inquit homini negotiatori querenti bonas margaritas: inuenta una preciosa margarita dedit omnia sua & comparauit eam. Hec uero ad comprobendam lapidum efficaciam sufficiunt.

CAPITVLVM II. in quo obiectio quedam contra lapidum efficaciam soluit & de multiplici uirtutum differentia.

Sed iterum aliquis dicet. Certum est omne mouens moueri: & commutans mutari. Lapides uero exterius applicati minime transmutantur & interius sumpti: haud quaquam digerunt quod ergo in corpus nostrum aliquid uirtutis imprimere possunt: Pro huiusce rei intellectu notari debet rerum diuersitas. quedam enim sunt: que in corpus nostrum non operantur: nisi antea a corpore immutata ex quibus est alimentum quod corpori suo effectum imprimendo: triplicem a corpore patitur mutationem primam in chylum que in stomachi concauo celebratur. Secundam in humores: & hec in epatis concauo fieri habet. Tertiam in membrorum substantiam & hec fit in essentia cuiuslibet membrum: & hoc modo lapides nostrum corpus minime immutant. Quedam sunt: que non immutata corpus immutat immutari tamen possunt: sed immutata proprium effectum perdunt: ex quibus est uenenum: quod non mutat uenenum effectum imprimunt: a corpore uero immutatum: ueneni effectum amittit: experientia enim quosdam ueneno nutriri posse docet. Sed nec isto modo lapides quicquam operantur tum quia lapidum forma percipienda uiuentis forma est inepta: terreo in eis multum dominante tum quia eorum fortis coagulatio a corpore ipsorum resolutionem prohibet. Sunt igitur lapides inter ea que non immutata: nec etiam a corpore immutari queunt: ipsum nihilominus immutant: ex quo assumptum esse falsum modo patescit. Discretio quoque uirtutum habenda est: quedam enim omnibus complexionatis communes sunt: ut sunt qualitates prime: caliditas: frigiditas: humiditas: siccitas: quas omnes medici dicunt actiuas. Quedam uero proprie sunt: et a quibusdam speculoce dicte eo quod speculoce formam consequantur: & a tota specie ipsarum operatio procedit: & ut quidam aiunt: a tota totius compositi substantia. Est igitur propria uirtus que complexionato debet eorum ratione que ipsius speciei sunt propria. Hec aut duo sunt forma

a u



uidelicet speciuoca & mixtionis gradus ad illam dispones: potera enim  
mistibiliu in complexionatis diuersarum specierum esse eadem: possibile  
est: sed sola eorum comprehensio diuersitas (qua quidam forma seu mixti  
onis mirabilitate dicunt) ad speciuocam diuersitate disponit. Que p  
prietates licet sicut innominate: tamen operationibus quibus cognoscunt  
denominacionem recipiunt. Hec si quidem in magnete ferri dicitur attra  
ctiua: & in medo itoxicatiua & in onice fantasia motiua. & ibeza  
ar ueneno obuiatiua. Nonnulli tamen ex medicis. hanc proprietatem uirtutem  
occultam dicunt: hac ratione moti quod res omnis uel a causis immediatis  
uel ab effectu immediato: determinate cognoscit quorum utrumque humana  
ratio ignorat. Cause enim immediate sunt forma mixtionis & forma  
speciuoca. Proprietatis autem effectus ratione cognosci nequit: prioribus  
in eis existentibus occultis Nec etiam rationabili experimento: sed duntaxat  
casuali deprehendi potest. Ex predictis diligenter perlectis ueritas  
elucescit: quomodo & quales lapidibus uirtutes insint: & eorum in  
corpora nostra impressiua operatio.

### CA. III. in quo ostenditur quomodo lapidum uirtutes fuerunt repte.

In prelibatis me dixisse memini: lapidum uirtutes esse speciuocas: p  
prias. & occultas: & quod earum immediata causa: immediatus etiam effectus  
nos prorsus lateat: nec etiam rationabili experimento colligi possit: earum  
noticia quomodo fuit possibilis? Ad hoc respondemus: duplici uia ip  
sorum noticiam a nobis esse inuentam: uidelicet casuali experientia cui temporis  
longeuitas: et diligens indagatorum secretorum nature inquisitio suffragata  
fuerit. Per reuelacionem quoque a spiritibus uel deo factam: illarum proprietatum  
noticia maxime fuit habita in qua re & si latius loqui uelim pre  
sentis tamen speculationis minime decernitur.

### CA. IIII. in quo preciosorum lapidum in operando diuersitas annotatur.

Preciosorum lapidum effectus duplex se manifestat: utilis uidelicet &  
nocuus. Et utilis quidem est quo in corpore naturalia conseruant: aut con  
fortant aut a corruptentibus liberant. Iacinto etenim sinaraldo & carbun  
culo: cor confortant. Perlis naturales spiritus & lapide bezaar a corrupen



te ueneno corpus liberat. Nocuus uero est qui ledit corpus ut lapis  
medus qui a tota specie uenenū agnoscitur: & quidam alii ut adamas  
Onix: lapis lazuli: quosdam nocuos habent effectus.

CA. V. In quo philosophi lapidū operandi modus determinat.

Scire denique debemus bipertitū operandi modū. Quedā enim a cō-  
plexiōe operari solēt: quādam a proprietate. Et ea quidem quae operant a cō-  
plexione quaedā sunt quae ab actuali cōplexiōe id agūt ut ignis & aqua  
Quaedā uero a potenciali ut ruta & menta. Ea igitur quae ab actuali cō-  
plexione operant & etiā ea quae a proprietate: ipsorum sola obuiatiōe uel  
sola applicatiōe ad corpus in determinata distātia manifestant effe-  
ctus suos: ita quod alio nō indigēt: quia uirtutes quibus operant: actu  
uel habitu eis insunt quae ad sui manifestationē: trāsmutatiōe nō indi-  
gent sed solū remouente prohibens: ac debite substātie applicatiō.  
Si uero alterius corporis interpositiō fuerit: remouēdum est: ut eius  
effectus manifestet. Corpora enim ignita sola applicatiōe in debita  
substātia p̄ter hoc quod ab ea trāsmutentur calefacti uā uirtutē ostēdūt.  
Sic & ex proprietate operantia. Catulus enim stomacho applicatus: intrā  
mutatur a corpore ipsū calefacit. Et corallus exterius applicatus a dolore  
stomachū liberat. Et iacētus grossus & electus in ore retētus: cor letifi-  
cat & confortat sine ipsorum trāsmutatiōe. Et magnes intrāsmutat ferrū  
atrahit. Haec uero operatiōes quae a potenciali cōplexiōe fiūt: quā uirtus quae o-  
perat nec in actu nec in habitu sed in essentiali est potētia: de potētia ad  
actū reduci tōe egēt: et ideo priusquā corpus imutetur: etiā applicata ali-  
quā imutatiōe recipiūt: quae in actū: illorum potētia reducat. Ex quibus  
philosophi lapidū operandi modus habet. Sola siquidem applicatiōe  
& nulla prorsus sui imutatiōe suam efficaciam declarant.

CA. VI. in quo lapidū applicatiōis diuersitas insinuat.

Scire denique oportet: debitū applicatiōis modū & ipsius multiplicatē  
Nā ex eis suā operatiōe quādam integri perficiūt: tritū uero minie. Iacin-  
tus enim puluerizatus in ore retētus: cordi parū uel nihil prodest qui  
integer plurimum ualeat. Et safirus puluerizatus nihil cōmodi ocu-  
lis confert qui integer uisum efficaciter confortat. Idem de smaraldo



Et aquileius fractus nullā uirtutē habet: qui īteger stupendas uirtutes prebet. Et quidā integri et puluerizati ualēt ut bezaar. Et quidā iuxta situs diuersitatē uariū effectum operantur. Aquileius enim supra umbilicū alligat⁹ sub brachio: partū seu fetū retinet: & ad coxam eundem educit: de qbus omnibus in processu latius patebit.

**CAPITVLVM VI.** In quo artificialiū lapidū multiplex diuersitas demonstratur.

Naturā ars imitari solet: quapropter arte & ingenio naturalibus similes multipliciter fiūt. Quidā enim solū quo ad lustrū & eam que ab extra dispositionē artificio indigent: & isti nō artificiales sed naturales sūt dicēdi: cum enim nō principalis seu substantialis forma sed solū extrinsecus inherens immutē & a principali denominatio sit captanda: naturales potius quam artificiales dicēdi sunt: Secundo artificiales fiūt per coloris transmutationē ut quādo cristallus in alteri⁹ lapidis colorē tingit: aut lapis auripigmentū i rubinū aut iacinctus in adamantē: modos quos omēs me uidisse memini fiunt eciam terciō per multorū lapidū in unū aggregationē: ut cū ex multis perlis fit una: & ex pluribus corallis un⁹ cōficitur. Et hunc modū. Raymundus Lullius tangit in eo opere quod incipit. Opus autē margaritarū sic cōdies. Quarto per meliorationis uiam ut si ex male coloratis perlis illustrissime fiant: aut ex quibudā cōchis fiant: aut ex immaturis mature: quos omnes modos in superiori opere. Raymūdu lullius ingeniosissime tangit. Et meo tempore per quēdā. gallū quedā artificialis margarita cōfecta fuit: que sexcentorum ducatorū ualore fuit estimata. Quinto per uia uitrificatiuā: ut quādo metalla uitri formā recipiūt: qui mod⁹ apud alchimistas optime est cognitus. Sexto ex uitro quod omniū colorū minerā facile in se recipit. lapides omniuarie cōficiunt⁹. Septio quodā altissimo ingenio lapides multum uirtuosi formant: quem modum Raymundus lullius in suo lapidario subtilissime ingeniatur.

**CAPITVLVM VIII.** In quo si artificiatū lapidibus aliqua uirtus insit demonstratur.



Illi igitur lapides quod colores transmutatione fiunt: nulla prorsus uirtute dorati noscunt nisi ea quae ante coloris transmutationem inerat: forma quippe substantiali permanente: uirtus ea quae ipsam sequitur se demonstrat. Qui uero tercio modo fiunt: nulla qua ante perditam uirtute careret sed potius accumulata in eis augetur. Qui autem quarto fiunt artificioso quidam pulcritudinem potius quam uirtutem adipiscunt. Isti uero quod aut per uiam uitrificatiois aut uitri tincturam fiunt: nulla prorsus uirtute adornantur. Qui uero ultimo fiunt: maiori quam naturales efficacia ditantur. Materia siquidem ipsorum melius existente depurata: meliori ac nobiliori forme se abilem reddit celesti iussuentia nihilominus ad hoc cooperante. Testat quippe Raymūdus lullius: se artificiale adamantem in oculi magnitudine formasse: in quo tercia pars mundi: cum uniuersis contentis discretissime conspiciebat quod hodierna die apud S. Thome catuarlesis mauseolum pro immenso thesauro habet: nec ab Anglorum rege aliter quam in pugna aduersus infideles tractari potest. Et de multis aliis artificiatibus lapidibus in suo lapidario stupendas uirtutes narrat.

CA. IX. in quo modus discernendi sophisticos lapides a naturalibus & uirtuosis ostenditur

Modus autem discernendi uirtuosos lapides a sophisticis speculatione indiget. Qui enim uilioris pretii estimantur: nulla sophisticatione dantur: qui uero cariores fuerint: plurimum sophisticari solent: ut sunt Saphirus Carbunculus Adamas Smaraldus & similes. Ea uero quibus discerni solent & quae experientia didici patefacere decreui: non negas alios quam plures esse discernendi modos. Si enim uitrei fuerint: aut per uitrificatiois modum facti: ueficas quasdam ut plurimum in sua substantia habent: licet hoc aliquando in naturalibus quamquam rarius inueniri soleat. Sunt etiam uitrei minoris ponderis & uitrificati nigredinis aliquid in superficie fundunt Dyamas in duricie excellencia se manifestat. Et omnis sophisticatus smaraldus in superficie nigredinem seu obscuritatem aliquam preferat. Si denique sophisticatum lapidem super plumbi lamina duxeris: colorem ac splendorem amittet: si uero naturalis fuerit: fulgentiorem substantiam transmittet. Si etiam antiquam solam. antiqui lateris subtili puluere contexeris. & desuper quem uis lapidem induxeris si sophisticus fuerit colorem amittet: si uero naturalis maiori splendore choruscabit. Item in ipsius superficie subtilis



inspice: & si artificio pollitus appareat: aut fusiōis ingenio: clarius uidebis Crīstallus etiā si tictura palliat: alterius lapidis formā mētutus fuerit: leuis erit: & ut uitæ frāgibilis & moll' & nō in tota suba tictus.

CAPITVLVM X. in quo lapidū quorundam  
in cōiūgēdo diuersitas & aliæ cōditiōes elucidant.

Sunt eclā ex p̄ciosis lapidibus quorū unus alteri iūctus eius uirtutē minuit atq; prostermit. Adamasēū magneti iūctus, ab omni operatione ip̄m prohibet. Sic fardius onici & bezaar Medo. Et iccirco qui alicuius horū uirtutem appetit eos minime iungat. Sunt etiā ex eis plurimi qui caste portari uolūt: nec aliter eorū uirtus se demōstrat: & hoc maxime in sculptis lapidibus locū habet: de quorū sculptura specialis liber aggregabit. Sunt etiā qui omnē nedū luxuriā uerumeciā nocturnā pollutionem abhorrent: ut est smaraldus. Et sunt ex eis qui ignis probam sustinēt: et sunt iterū qui ignē minime ferunt. Rubeus enim iacinctus omnē ignem ut aurū purū sustinet. Qui uero auri speciem p̄fert nullā ignis pbam admittit: quapropter chrisopassius magis quā iacinctus dicēdus est: de quibus p̄ singula dño fauente pertractabitur.

CAPITVLVM XI. in quo de augendis  
lapidū p̄ciosorū uirtutibus aliquid signat.

Nulli dubiū quin consecratōibus quibusdā: ac celestiuū fidei obseruationibus lapidū uirtus augmētari possit. Si nūc illud diuino munere aut demonū succursū cōtingat altiori me ingenio discutendū relinquo: quoniā id mee intentionis modo nō est. Vnū tñ est quod negare nequimus: quosdā lapidū fantasticos tumultu: efficaciter incitare: quibus motis: spiritū uirtus quibus regēdis corporalibus potestas inest: diuina uoluntas quatenus permiserit. humanos affectus ad libitū mouet: & hic affectus: oīm antiquorū philosophorū auctoritate: mirabilium operū effectus producit. de quibus loqui per singula (ne legentes tedio afficiā) nunc omittendum cenfeo.

CA. XII. in quo lapidū ueneratio elucidat.



Preciosos lapides nos uenerari debere diuina pariter & humana :  
 edocent: diuino siquidem p̄cepto duodenario p̄ciosorū lapidum nu-  
 mero summū sacerdotē decorari debere moyses iubebat. Et ī apoca-  
 lipsi celestis iherusalem fundamēta eorundē p̄ciosorū lapidū splen-  
 dore Ioannes euangelista choruscare reuelat. Legimus etiā quosdā  
 Indorū populos: mira lapidum uirtute p̄ditos. Sunt namq; ex eis  
 q̄ suis nullam aliā p̄ter seipsos sepulturā admittūt: aliā hominī p̄ter  
 hominē minime debere dicentes. Cumq; ex eis aliqui egrotare cepit  
 sacerdotē aduocāt: qui suis magicis incantamētis infirmū aut mori-  
 turū: aut pristinae sanitati restituendū diuinat. Et si quidē moriturū  
 p̄spexerit: quodā lapide infirmi labia tangit q̄ statim suffocatus ex-  
 spirat: quem amici leti suscipiūt & eundem magna cum solemnitate  
 comedūt: indignū iudicantes hominē uermibus deuorari. Sūt itē  
 ex eis q̄ nudi suorū hostiū sagittis & quibusuis armis se exponūt: &  
 occulto quodā lapide protecti nullo p̄fus armorū genere uulnerari  
 possunt. Et theucroꝝ populus rubeo lacincto qui apud illos p̄ciosus  
 dinoscit cōtra epidimalem morbū sese fiducialiter defendit. Quid  
 plura dicā: diuina nūc taceant pariter et humana: bestie siquidem qui-  
 bus nulla lapidū discretō inest: hos nos uenerari debere demonstrāt:  
 etenim in summa ueneratōe smaraldū griffones habēt: & aquileiū  
 grues & aquile. & boracē buffo. Et quirin & obtalmium upupa. Et  
 draconitē dracones: & serpentis lapidē colubri: & limacē limace: &  
 yrūdines celidoniū: & allectoriū gallus gallinacius. Si igit̄ bestie ra-  
 tione carentes tanto studio p̄ciosorū lapidū uirtutes uenerant et pro  
 eorū defensione uitā quoq; opponant: quō ergo n̄ra mens adeo ob-  
 nubilata esse pōt: ut in eorū uenerationē minime confurgat. Et ue-  
 nerari utiq; uolūt adeo ut plures ex lapidibus a fetidis ac luxuriosis  
 hoibus portati suā uirtutē occultent: qui tñ sobrie ac caste uiuētibus  
 eam efficaciter demonstrāt: eapropter merito sunt uenerandi.

CAPITVLVM. XIII. in quo de p̄ciosorū lapidū  
 ligatura aliquid dicit̄ & multiplici eorum diuersitate,

Sunt etiā ex eis quidam qui in auro ligari uolūt: quidā ferro: quidam  
 argento Quidam perforari: quidam nō, Quidā leniter tangi: q̄bus



dam uero tactus indifferens. Quidam in ore sunt tenendi: quidam  
in collo suspendendi: quidam supra stomachum ligandi: quidam sub bra-  
chio sinistro quidam sub dextro: quidam ad coxam tenendi. Quidam scul-  
ptura indigent: quidam ad hoc indifferetes. Quidam in suis operati-  
onibus occultari uolunt: quidam non. Quidam quibusdam certis tempo-  
ribus suam efficaciam demonstrant quidam uero in omni tempore. Quidam  
sereno aere fulgentiores reddunt: quidam in obscuro suo fulgore in-  
sinuant. Quidam aeris transmutatione uariant: quidam minime. Qui-  
dam igne fugiunt: quidam non fugiunt sed in igne innatum colorem amittunt  
quidam uero ut aurum in igne perseverant et eo collettant & gaudent.  
Quidam terra nequaquam tangi uolunt: quam si tetigerint: omnem uir-  
tute prorsus amittunt: quidam uero in unoquoque elemento ualent. Qui-  
dam solo aspectu huius animi letificant, quidam uero alio modo: et quidam  
nullo. Et alie plures preciosorum lapidum diuersitates reperio & di-  
uersos eorum usus: de quibus per singulos exempla in medium ferre  
lectoris tedio foret: cum presertim de his omnibus alphabetico ordine  
nunc specialiter dicturus sim, Et primo de incipientibus ab A.

*Go Andreas Cecolinus anno 1505. 6. 4*



**T**raçtatus secundus in quo de uno quoq; lapidũ  
in speciali cõmemoratio fit & primo de Abescõn

**ABESCON**



**L**bertus. Hic lapis est coloris ferrei. Plinius. Hic in arabia reperit. Albertus. Virtus eius in templis de orũ est manifesta: eo q; semel accensus: uix aut nũquã poterit extingui quia naturã habet animalis quod Salamandra uocatur cum modico humidũ unctuosi: pinguis: inseparabilis.

**ABSINTVS.**

**A**lbertus. Hic lapis est de genere gemmarũ: coloris uitrei: rubens uirgulis. Cuius uirtus ferẽ esse sicut lapidis abescarũ: sed satis remissior: nam accensus pmanet calidus per dies septẽ uel amplius propter eandẽ cãm q̃ dicta est de lapide abescario: Lapidis ecia huius uirtus est in puocãdo et augmẽtando fluxũ sanguis ut expimẽtores affect

**ADAMAS** latine. Subedhig hager arabice.

**S**erapio li. aggre. ca. Hager subedhig. Est mes flumen in quo ẽ lapis demes. & est flumẽ ad quod nũquã iuit aliq; nisi alexander. & est in finibus Corasteni: & color eius approximat colori salis amoniaci: & est frigidus & siccus in q̃rto. Et idẽ auc. Dyasco. est lapis quo utitur aurifices ad sculpendos lapides. Euax in lapidario suo. Est lapis adamas durissimus parũ cristallo obustior: coloris tñ liuidi fulgẽtis adeo solidus ut nec igne nec aliqua re frangat: mollescat ul' soluat. Soluit tñ & mollescit sanguine & carne hirci: p̃cipue si hircus aliquã diu biberit uinum uel cõmederit siseleos montanũ uel petrosilinũ: quia talis hirci sanguis ecia ad frãgendũ lapidẽ in uesica ualet. Soluit ecia lapis ille a plũbo. Et nõ trahit ferrũ eo q; nõ fit p̃prius locus generationis eius in mĩnera ferri ut qdam mẽdosi dixerunt. Maior autẽ quantitas est reperta ad quantitã auellane. Nascit autem in arabia & in cipro sed cipro est magis molle & obscurũ. Et hic lapis qñ magneti supponit. ligat magnetẽ & nõ permittit ipsum ferrũ attrahere. Actor In testimoniũ huius libet adducere id quod in libello de malleo maleficarũ intitulato me legisse memini. Erat siquidẽ. Iudeus qdam q. Saracenis ex deuotione sua Maumeth sepulcrum uisitantibus in saracenicõ habitu se imiscuit. & minie pro iudeo ag



uitus una cum eis Muscetam ubi Maumeth sepulcrum habebatur  
intrauit. Audierat autē quomodo ferreo mauseolo: magnetū uirtu  
te in muscete testudine in textorū: eiusdem corpus in aere suspensū  
uolitare: quapropter experientie causa optimo adamāte premuni  
tus: aliis saracenis Muscetam exeuntibus ipse se occultare uoluit: et  
circa noctis medium: magnetē suū uersus monumētū ipse tendēs  
Ipsū: uirtute adamātis in terrā cadere fecit Quo facto: gemmis pre  
ciosioribus collectis sūmo mane: antequā res innotesceret se sarace  
nis imiscuit: et cum eis in hispaniā aufugit. Maior autem uirtus eius  
est in auro argento et calibe: unde lacerto sinistro alligatus ualet con  
tra hostes et insanā et in domitas bestias: et contra iurgia et rixas et  
uenena et incurfiones fantasmātū et incuborū et succuborum: hunc  
autē lapidem quidā magnetē dicūt et quidā eundā ferrum attrahe  
re mentiūt. Serap. lapis iste: duas habet uirtutes que raro aggregā  
tur in alio lapide Vna earū est: q̄ nō conūgit alicui lapidī qui nō  
frangā: propter hoc coaptant fragmēta eius in sūmitatibus ferri af  
ferri ad perforandū et perforant cū eo lapides alii sicut smaraldus  
tabarzet et saphirus et alie gēme. Alia uirtus ē: q̄ si accipiat granu  
lū unū ex fragmētis eius et glutinetur in sūmitate ferri cū glutine ro  
mano: et intromittatur in uesticā perforamē uirge: frangit lapidē  
habet similiter aliā proprietatē quia nichil frangit hūc lapidē nisi  
plumbū: nā ipsū rūpit et conerit Et idem auc. diast. Est lapis quo  
utuntē aurifices ponentes in stilis ad sculpendos lapides et confert  
gingiue fluxe et purificat dentes. Et idem auc. Galiēi, abstergit for  
titer. Et signū huius est q̄ aurifices utūt in hoc quod indiget abster  
sione. Et nos iam experti sumus q̄ mundificat dentes et abstergit:  
et est calidus. Et propter hoc admisceet in medicinis comburētibus  
et in aliquibus desiccatiuis que curant gingiuas fluxas

#### AGATHES. SIVE. AGAPIS.

Diast. in proprio capitulo: habet maximā uirtutē iste lapis: et habet  
colorē similē pelli leonis. Isaac beniamin. Agathes autē lapis niger  
est albis uenulis in quodā modo speciei lapidis albesten. Et inueni  
tur alius modus eiusdem speciei qui similis est corallo: et terciū ge  
nus plurimū sui ī creta īsula reperit: quod habet in nigro uenas cro  
ceas. Est quartū genus indicū et uariū quasi sanguine sit aspersum



**Diaſt.** Valet autē ad morſū ſcorpeonis affigatus uel iſſiſtus cum aqua ſtatī tollit dolorem. Tritus et uulneri cōſperſus uel ī potiōe cū uino datus: uiperarū ſanat morſus. portatus: facūdū: ſuadentē amabile: et gratū portantē facit. Iſaac beniamin: primū quidē genus aptum eſt ad regū formas que lapidibus in ſculpūnt. Et pluri mī lapides habent capita regū in ſculpta. Et cū iacet ad caput dormiētis: ferē oſtēdere multa ſimulacra ſomniorū. Terciū autē genus quod creticū ē facit ut adiuuet ulnere picula: et uiribus cōfert cordis: gratū et placēte facit: ut dicit Euax: et facit hominē boni coloris et ſacundū, et ſuuat eū contra aduerſa. Genus autē indicū uīſū fouet: et ualet cōtra ſitū et uenenū: cū autē accēdit: odoriferū ē ualde

#### ALLABASTRIDES

**Diaſt.** In p̄prio ca. dicit q̄ hīc lapis ſatis eſt maīfeſt⁹: et ē ſatis laxatius: & mollit deniq̄ duriciēs & ſtomachi dolorē ceroto admixt⁹.

#### ALLECTORIVS

**Diaſt.** in p̄prio ca. Inuenit̄ in uētribus gallorū gallinaceorū crystallo ſimilis uel aq̄ lipide. Albertus hīc lapis crystallo eſt ſimilis: extra hīc autē ex uentriculo galli gallinacei poſtquā caſtrat̄ ultra quartū annū Et qdā dicit q̄ poſt nonū extrahit̄: & eſt melior de gallo de crepito. Maxia autē hui⁹ quātitat̄is eſt ī uēta ad quātitatē fabe. **Dyſt.** q̄ ſecū habuerit hūc lapidē: iunct⁹ erit a cūct̄ ut a mult̄ p̄batū eſt Nā gladiator hūc cū ī ore tenet iulct⁹ erit et ſine ſiti. Silt et reges eū habētes fortiter bellabūt: et expulſi a regno: nō ſolū p̄pria dñātionē uerū ecia alienā receperunt. Mulieribus p̄derit portatus que uolūt placere uiro. Nam probos et ſpecioſos reddīt portātes ſe.

#### AMETISTVS.

Albertus. Eſt gēma multū cōmunis et nota: purpurei color̄ et trāſparētis: aliquātulū obſcuri. In hac ſpecie multe reperit̄ differētie ſed quicq̄ ſūt magis note p̄pter differēcias obſcuritatis oēs accepte. Et melior quidē naſcīt̄ ī india Qui uero reperit̄ ī bohemia hīc eſt uiolacei coloris: et minus eſtimat⁹: facillior̄ uero ſculpture iter alias gemmas reperit̄: eo q̄ minoris ſit duriciē. Cuius uirtutes ſūt iſte. Operatur contra ebrietatē. Facit hominē uigilē: malas cogitationes reprimīt: et cōfert in ſcibilibus bonū intellectum



## AMANDINVS

Albertus. Amandinus est lapis coloris uarii: uenenti omne exting-  
uens et reprimens: et uincere facit aduersarios, et plenā interpretatio-  
nem somniorū facit et intellectū

## ANDROMADA

Albertus. Andromada est lapis coloris argentei: et est adamantine  
duricei et secundū plurimū in mari rubro nascit: est autē quadratus  
Cuius uirtutes sunt iste: ualet nempe contra furorē: et facilis animi  
cogitationē et tristitiā et grauitatē. Hic est qui secundū pliniū qua-  
dratus dicitur: et secundū ipm in egipto et ethiopia reperitur: exal-  
bidus est: habet uires stringentes unde necare dicit conceptū,

AQVILEIUS seu lapis aquile latine  
Arabice Hager athamach uel. Echites.

Serapio libro aggre. ca. hager athamach: lapis est indus: qui cum  
agitat: audit intra ipm lapis ali⁹. Et minera eius ē in mōtib⁹ indie  
inter chimoas et Sarandī iuxta litora oceani. Et uocat a grecis alle-  
uiās partum. Et hec proprietas est inuenta in hoc lapide. Et idē au-  
ctoritate. Rasis. Athamach est medicina indie et est lapis similis ca-  
ameenisi quia habet colorē uellereū, & qñ agitas ipm audit intra  
ipsum lapillus. Et qñ frāgis ipm egredit ille lapill⁹ et est sicut auella-  
na uergēs ad albedinē. Et rasis li. de proprietatib⁹ dixit: q̄ est lapis  
similis ouo: et habet intra se lapillū. Albertus in lapidario suo. Echī-  
tes lapis gēmaꝝ optima est coloris punicei & uocat a quibusdā aq̄-  
leius et ab aliis herodialis eo q̄ aquile hūc ducāt ad nidū suū iuxta  
oua sua collocātes eundem sicut grus inter duo oua que facit collo-  
cat: hoc enim experti sumus ad sensū in colonia ubi grues fetus fece-  
rūt mltis ānis Inuenit autē echites secundū plurimū iuxta litora oc-  
ceanī: ibi est optimū genus echitis. Dicit autē aliqñ reperiri in persia  
Et ego uidi [qui repertus fuit iuxta litora maris rubri. Cuius uirtu-  
tes sunt iste. Nā aquila cū uult parere oua sua: desert hūc lapidē mas-  
culus a partibus indie et supponit eū aquile: facit eā parere facile: et  
alleuiat eius dolorē. Et hoc idem facit mulieribus et omnibus aialy-  
bus qñ ponitur sub eis in hora partus Et idem: auctoritate Rasis qñ  
ponitur in pecia et suspēditur mulieri in coxa qñ debet parere: facit  
accelerare partū cū facilitare: et sū expertus hoc: et inueni sic esse. Et



omnes cōcordant in hoc q̄ alleulat partū q̄ alligatur coxe: et iuuat  
q̄n̄ ponit loco peonie inuenitur ad curandū. Iste lapis inuenitur a  
pud nos: et quā plures: et uerificauit de eo multociens experientia A  
ctor. Veridice expertus sum huic multū reperiri in bohemia: et oīa  
supra scripta et ipse expertus sum. Euax in lapidario capitulo de lapi  
de aquile ait q̄ suspēsus in sinistro brachio conuenit pregnātib⁹ &  
conciat amorē: diuicias auget ubi fertur. Et in pregnātib⁹ impe  
dit aborsum: et periculum parturicionis mitigat: & prohibet casum  
caducorum. Similiter q̄ hiis mirabilius est: tradunt caldei q̄ si de  
administratione uenenū quis suspectus sit sicut supra. Querunt au  
tem aquile hunc lapidem: et inponunt nido suo et grues inter oua  
sua: sed in uno anno ponūt unū & i alio aliū: Dicit autē quidā q̄ fa  
ciūt ad mitigādū calorē ouoꝝ uel corpis agle ne oua nimis calefiāt  
et hoc est probabile. Quidem autē dicūt aliquid cōferre ad eoz⁹ for  
mationē aut uiuificationē: q̄ autē dicūt qdā q̄ lapis ab aliis auibus  
•uis interponat ne oua frāgant: falsum est: quia cicius ad lapidem  
quam ad seipsa collisa frangunt.

#### ARCHADIA

Est lapis qui cum accenditur nō extinguitur

#### ARMENVS

Plinius in proprio capitulo. Lapis armenus sic est dictus & nomia  
tus a regione illa: et est liuidus et subalbidus: cuius melior est habēs  
colorem medium inter uiridem: obscurū: terreū et indum: et habet  
macularum distinctiones uirides et nigras. Auicenn li. ii. Est ali  
quantulū azulinī coloris: nō tamē in colore azuli: et nō est in eius so  
liditate: sed est in eo arenositas quedā. Et quāq̄ utuntur eo tinctorēs  
et pictores loco azuli. Et est lenis. Iohānes Mesue. Lapis armenus:  
Inquit alexander. A uerificatoribus est inuentus habere progiatiuā  
in educēdo colerā nigrā: cuius operatō icolumior est ellebero nigro  
et uirtuosior lapide lazuli. Melior est habēs colorem mediū iter uir  
dem obscurū et terreū indū. et habet macularū distinctiōes uirides  
et nigras: et qui non est in termino lapidis: ymmo facile dissolubilis  
puluerifabilis et qui est lenis tactu: carēs asperitate. Est autē calide cō  
plexiōis in principio secūdi et sicce i ipso et est resolutiu⁹: absteriu⁹: et  
est ex cōturbātib⁹ et subuertentibus stomachū: et educit per uomitū



et uentrem: et nocet stomacho generans subuersionē et facit solutio-  
nē cū angustia. Alexander Nō lotus soluit per uomitū et uentrē: cū  
labore Lotus autē soluit per uentrē sine molestia. Ars autē in lauando  
ip̄m est hec. Terat cū facilitate in lapideo uase: deinde fundat super  
ip̄sum aqua dulcis: & lauet sic terendo: & fiat illud trigesies semper  
innouādo aquā. Alchindus. Lauet cū aqua bugglosse post depura-  
tionē eius: acquirit eū ei pprietas mirabilis ex hoc ad egritudines  
melācolicas. Auicenna Soluēdo educit melācolia plus quā lapis la-  
zuli & ppter ip̄m dimittit. Ioannes mesue Educit colerā nigrā cū  
uirtute & mūdicat cerebrū & ualet ad egritudines eius melācolicas  
sicut mania: uertigo: dolor capitis: & epilepsia & ad egritudines tri-  
moris & suspitiōis & ad leprā: & ad egritudines splenis & cancrū: &  
morfeā: & febres melācolicas: dosis nō loti potio est a, 3, 5. usq; ad  
1. & 5. Et loti potio est a 3. 1. usq; ad 3. 2.

ASIVS latine. Hager arabice uel asios uel bezaar

Serapio li. aggre. ca. hager bezaar Est nomē p̄ficū: & ē dictū expel-  
lens nocumētū: & hoc nomē cadit sup duo. Primo: sup oēm medi-  
cinā conuenientem alicui ueneno: eo q̄ rēstitit uirtuti eius propter  
propriatē que est in eo. Secūdo cadit sup lapidē notū qui cōuenit  
omnibus uenenis calidis frigidis cū tota substantia sua: et resistit ei  
bibitus aut suspensus sup patientē Colores huius lapidis sunt mul-  
ti. Nā ex eo est citrinus uelut purulētus & machachi siue manibatis  
& ille qui participat uiriditate: & ille qui participat albedine. Melior  
uero omnibus est citrinus: & post ipsum puluerulētus & in hoc dif-  
fert excrafeon cū Bezaar: & expositio eius est contra uenē. Et  
minera eius est in terra Sirie & Indie: & in terris orientis. Et multi  
lapides assimilant ei qui nō habēt suam proprietatē: neq; appro-  
xmant ei in operationibus aliquibus. Et quidā est qui dicitur Co-  
bohori & Marian & est lapis in quo nullus errat. Sed multi errant  
in alio qui dicitur chindus: & est lapis multe bonitatis et mollis tactu  
Et idē auct Rasis. Bezaar est lapis citrinus mollis: nō habens sa-  
porē unde lapis est uergens ad citrinitatē & albedinē hñs colorem  
uini & ē leuis & splendēs sicut lumē Cuius uirtutes sunt iste Cōue-  
nit nenenis. Et qñ bibitur ex eo pondus, 1 2. granorū ordē: aut fit  
linimentū cū eo sup locū morsus: liberat naturā a morte & expellit



uenenti p sudore. Et qñ ponit lapis iste in annulo: & ponit in ore illi  
 lilius q sumpsit uenenti: & fugit illū aliqñtulū cōuenit ei Et qñ tangit  
 cū illo aculeus scorpions prohibet ab eo postea potentia pungendi.  
 Et si terit de eo pondus duorū granorū ordet: et dissoluat i aqua &  
 ponat i ore serpētis: suffocat eum statim & occidit. Idem auc. Rasis  
 Et ego uidi in ipso sufficiencia ad auferendum nocimentū. Et erat la  
 pis ille quē uidi uergens ad citrinitatē & ad albedinē habens colorē  
 uini: & cum hoc erat leuis splendēs sicut lumē. Et iam uidi i eodem  
 sufficiencia illā quā nō uidi in alia medicina simplicet: ymmo etiam  
 quod non uidi in tyriacis cōpositis. Idem auc. hahamed. Conuenit  
 ueneno scorpions: et qñ portat in anulo & sculpat in eo ymago scor  
 pionis: luna existēte i scorpione: & aspiciēte ascēdens: deinde sigilla  
 cum eo olibanū: luna existenti i scorpione: quod tritū exhibe paci  
 ad potandū: & euadet. Et inqt auc. abdallaauarach. Vidi lapidem  
 bezaar filii Amamari custoditoris legis dei & est uerum: q ipse emit  
 hūc lapidē: & dedit p̄picio illi pallaciū Cordube i principio guerre.

Sequunt lapides incipientes a. B.

**BELLICVLI MARINI** uel bellirici marini  
 uel belbus latine. Astor arabice.

Belliculti marini sunt lapides parui & albi quasi umbilicus hoīs for  
 mati q inueniunt in ripis marinis coherētes sicut dētales: sunt fri  
 & sic. sed eorū excessus ab auctorib⁹ nō determinat ponit in ungetis  
 ad faciem clarificandā hoc modo Puluis eorū subtilissimus resoluat  
 cū axungia gallinacea pri⁹ resoluta: & fiat ungentū pro facie abster  
 gēda A Galieno i suo antidotario ponit i ungetode citro seu citrino.

**BOLVS ARMENICVS.** Lapis, Requinaū. Canarmeum  
 Canarmeum arabice: latine: lutū armenicū uel bolū armenū. Et est  
 quedam uena terre que p̄cipue i armenia reperit: unde habet uirtu  
 tem constringēdi. Est autē eligēdum quod subrubetū est secundum  
 oēs partes: nō habens colores distinctos aliquātulū fragile: frigidū  
 est & siccū in z. Actor huius copā uidi reperit in agris lotheringie  
 & multū ibidem rubet. Vidi etiā eundē circa Aquilgranū: & idem  
 multum pallet. Serap. li. aggre. Canarmēū: lutū armenicū: & est in



gimbar: calor eius est ultra croceitate & rubedine tendens & teritur cito  
sicut teritur calx: & est leue sine lapide: uirtus eius est quod deficcet deficca-  
tione forti. Aui. li. ii. ca. de luto armeno dicit. Est ruber declinans ad  
clitritate: notum & alema est ei propinquum in operatioe. Firmum est in  
primo sic. In ii. ¶ Cuius uirtutes hec sunt. Pill. facte ex bolo & gummi  
arabico & penidiis cum aqua ordeii infusiois draganti: ualent contra  
emoptoicam passionem uicio membroꝝ nutritiuoꝝ: misceatur eis puluis  
cum gummi draganti exusto & confecto cum succo plantaginis & potui def  
Et ualet lapis hic contra diarrhoeam et fluxum uentris sanguinis cum ouo  
uel per clistere nel emplastris. Contra fluxum menstruorum fiat ex eo pul-  
uis comixtus cum succo plantaginis & bombice: & suppositorium inde  
factum supponatur. Contra sanguinem narium confice bolum cum succo sangui-  
narie: & fac stuellum & impone naribus & immittatur. Lapis hic tritus  
& distempatus cum uino mixto aqua rosarum & acceptus ualet contra fe-  
bres pestilentialis. Serap. auc. Galeni. Lapis armenicus cillacis & dis-  
sentericis prestolat. spleneticis: colericis: & stomaticis utiliter mede-  
tur: & solutum stomachum reficit. Et ualet contra sputum sanguinis & con-  
uenit fluxui menstruofo: catarro descendenti a capite: & ulceribus pu-  
tridis in ore generatis & deficcet exituras que indigent exiccatione: &  
confert illi cui a capite humor descendit ad pectus iuuamentum magnum  
& coartationi anhelitus. Et ideo confert ptificis: & hoc ideo quia de-  
ficcet ulcera pulmonis in tantum quod non tussunt nisi errerit in dieta sua er-  
rore magno aut aer permutetur subito ad complexionem malam: & qui  
pachunt coartationem anhelitus antiquam cum bibunt ex eo curantur cito.  
Et qui non curantur per hanc medicinam nunquam iuuabitur per aliquam aliam.  
Et sumatur de eo in potu cum uino subtilissimo mediocriter limfato quoniam  
eger non febricit uel parum febricit. Sed si fuerit fe. multa def cum uino mixto  
multa aqua ne febris augeatur. Et quoniam bibitur in hunc modum: confert febris  
pestilentialibus ualde. Et quod assuescit potu eius tempore pestilentiali pre-  
uat a nocumeto pestilentiali. Et iam uidi multos euadere tempora pe-  
stilentialia per ipsum. Et iam sunt multi qui sumunt potum cum uino mixto ad  
rosarum: confert quoniam febris adest. Aui. Lapis armenicus retinet sanguinem  
quoniam exiccatio eius est in ultimo: & confert apostematibus pestilentialibus  
bibitus & linitus Et prohibet ambulationem putredinis membroꝝ et mal



rabile ē in re uulneri: & phibet catarr: & cōfert colericis: & ē bonus  
spuito sanguis ptifici p̄pterea q̄a desiccatur ulcus pulmonis: & est cura  
stric̄ture anhelitus ex catarris: & ē bonus ulceribus intestinor: & so  
lutōi: & fluxui sanguinis m̄ficis: & cōfert febribus ethicis & pestilen  
tialibus p̄prle. Et plures q̄dem iam sanati sunt ex pestilentia magna  
p̄pter cōsuetudinē bibēdi ip̄m cū uino subtili: & si bibit̄ in febribus  
pestilentialibus necessariū est: q̄ uinū p̄ducatur ip̄m ad cor: & misceatur  
uinū illud cū aqua ros̄. Et idem p̄rio cas̄, sen̄ q̄rta ca. v. Ardor boll  
corascens phibet nausēā Bulcasim li. qui dicit̄ seruitor. Conburit̄  
sic bolum Frange ip̄sum in frustra ad quantitatem fabe: & pone sup  
